



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## In Genesis Enarratio

Chyträus, David

Vitebergæ

VD16 C 2625

V. Exemplum Tolerantiæ Abrahamæ in perferendis ærumnis exilij & alijs  
periculis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36126**

*ex ijs locis, in quibus Idola defen-  
debantur.*

Omnes creaturae rationales obligatae sunt. Primum preceptum, quod iubet unum uerum Deum in uerbo patefactum, uera fide colere, & omnia la fugere, ut dicitur, Dominum Deum tuum adores, & illi soli seruias. Neesse est autem & ceteris alijs testari nostram sententiam, & externa significatione confessionem ostendere, ut dicitur: Confessio ad salutem & c. Qui negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre qui in caelis est. Quare qui ueram doctrinam cognouerunt, nequaquam sua dissimulatione uel seruatione rituum idolatricorum contraria doctrinae ac confessioni facere debent. Cum metu supplicij, in his locis, ubi defenduntur idola, uere non possint, tutissimum est inde discedere. Ecclesiae alicui recte sentienti palam se in externa professione, inuocatione, & usu Sacramentorum adiungere. Sicut Abraham ex Vr Chaldaeorum recessit, & Ecclesiae Sem in Palestina se adiungit sanctissimi operis, propagandae uerae doctrinae & opprimendorum Idolorum collega & socius esse.

V.

TOLE'RANTIA AB RE-  
*hae in exilio.*

Omnia piorum exilia a commonescunt nos de primo exilio generis humani ex Paradiso, et monent Filium Dei ideo pro nobis exulem factum esse, ut nos in cœlestem patriam reducat. Vult autem Deus pios in sustinendis ærumnis, exilijs, & alijs calamitatibus, quæ uel uocationem comitantur, uel pœnæ sunt, communem hominum imbecillitatem, sequentes, uero corde obedire, non ruere in desperationem, non putare se negligi & abijci à Deo, sed moderari dolorem, & firma fide à Deo petere & expectare auxilium & mitigationem. Huius uirtutis illustre exemplum est Abraham, qui in exilio, in periculis itinerum, in fame, deniq; in Ægypto, de sua uita & uxoris pudicitia periclitans, infracto animo ærumnas perfert, & firmissima fide nitens diuina promissione, defensionem & liberationem & omnia bona in promissione sibi ostensa, à DEO expectat.

## TEXTVS XII.

## Capitis.

Dixit Dominus ad Abraham.) Filius DEI, qui est in sinu Patris, enarrauit Abrahamæ promissionem de Semine Christo, per quem gratia & ueritas facta est, Ioh. 1.

Locutus est autem cum Abraham indutus simulo lacro nature humane, quã postea assumpturus erat.

Bene-

Benedicam tibi.) *Benedicere aliis significat bona precari, ut iacob benedixit filiis ioseph, et gratias agere seu celebrare, ut Psal. 33. Benedicite Domina mea Domino. Psalm. 33. Benedicam Domino in omni tempore. 1. Paral. 29. Benedicite Domino nostro.*

*Cum Deus benedicit significat benefacere. ut uulgo dicitur, Dei dicere est facere. Psalm. 112. Illic mandauit Dominus benedictionem, id est, in cordibus benefacit Deus. Ita hic benedicam tibi est, benefaciam tibi. Et tu eris benedictio, non felix & beatus pro tua persona, sed etiam ad benefaciam uoce promissionis, ut Pharaoni, qui ioseph, Cyro, Nabuchodonosor &c.*

*Benedicam benedicientibus tibi.) Id est, benefacientibus Ecclesie, ut Constantino, Carolo magno, Vidua Sareptana, Aethiopi benefacientibus &c. uicissim benefaciam.*

*Maledicam maledicentibus tibi.) Ut Pharaoni, qui adflixit Israëlitas, Iuliano, Ario maledicentibus &c. maledicam. Et omnia mundi regna ideo maledicentibus sunt, quod neglexerunt, uel adflixerunt Ecclesiam.*

**Septuaginta quinque annorum et sex mensium Abraham.)**

*A condito mundo usque ad uocationem Abraham & traditam promissionem de Semine benedictio, sunt anni*

A Diluio

367.

A uocatione Abrahæ, & data promissione usq;  
ad exitum ex Ægypto & Legem in monte Si-  
na promulgatam.

430.

Pertransiuit terram Canaan usq; in Sich-  
em.) Oppidum in monte Garizim situm, postea in  
tribum Ephraim incidit. Distat ab Haran Mesopo-  
tamiæ urbe, unde profectus est Abraham, milliaria  
103.

Bethel.) In finibus tribus Ephraim et Benjamin,  
Hoc nomen postea primum Gen. 28. accepit, cum Pa-  
triarcha Iacob Deum in cacumine Scæ, & Ange-  
los in ea ascendentes & descendentes uidisset.

בית אל Id est, domus Dei.

Hai.) urbs uicina Bethel, celebrata in historia  
Iosue. cap. 7. 8.

הי Id est, aceruus.

Dic obsecro quod soror mea sis.) Mendaci-  
um officiosum, cum propter honestam causam & al-  
terius utilitatem aliquid occulatur quod dicere  
non est necesse, uel cum figuratè aliud dicitur quam  
uerba sonant.

De hoc Abrahæ factio Augustinus inquit, Nemo  
debet tentare Deum suum dum habet, quod ratio-  
nabili consilio faciat. Fecit Abraham quod potuit,  
quod non potuit Deo commisit, in quo spes  
rauit. Nec eum fides aut spes  
fefellit.

CAPVT